Iurauit dominus dauid ueritatem et non fru
strabitur eum de fructu uentris tui ponam
super sedem tuam Si custodierint filii
tui testamentum meum et testimonia me
a hec que docebo eos Et filii eorum usque
in seculum sedebunt super sedem tuam Quoniam
elegit dominus syon elegit eam in habitati
onem sibi Et requies mea in seculum seculi
hic habitabo quoniam elegi eam Viduam
eius benedicens benedicam pauperes eius
saturabo panibus Sacerdotes eius in
duam salutari et sancti eius exultatione
exultabunt Illuc producam cor
nu dauid paraui lucernam christo meo
Inimicos eius induam confusione super
ipsum autem efflorebit sanctificatio mea
Ecce quam bonum et quam Ps
iocundum habitare fratres in unum
Sicut unguentum in capite quod
descendit in barbam barbam aaron
Quod descendit in oram uestimenti eius S